

TESTO NUMERO 1

Fra le popolazioni strane, ci sono evidentemente i sacerdoti di un culto diverso, come è nel caso dei Bramini (Brachmanae). Simbolo di saggezza orientale in età tardo antica (ad Ambrogio si attribuisce un dialogo fra una loro rappresentanza e Alessandro Magno), diventano una curiosità esotica nelle parole del gesuita Giampietro Maffei:

Apud omnes Indos praecipuo in honore Brachmanae sunt. Horum scitis omnia publica et privata sacra subiecta sunt. Hi caeremonias et iusta funebria suo arbitratu praescribunt: iidemque magno suo quaestu prodigia, sortes, auguria et omina interpretantur. Horum disciplina institutisque reges ipsi imbuuntur, omnibus magnis parvisque in rebus mirandum in modum illis obnoxii. Sed non unum est Brachmanarum genus: quippe alii liberis operam dant vivuntque in hominum frequentia, alii caelibem agunt vitam, quos Gymnosophistas olim Graeci dixere. Partim longissime peregrinantur, stipem mendicantes et victus vestitusque, asperitate vitae nacti existimationem ac fidem, et credulas hominum mentes portentosis mendaciis variisque superstitionibus in fraudem impellunt. Partim in solitudinibus et subterraneis specubus durissimo vitae genere, inedia, vigilia, nuditate, frigoris aestusque patientia semet ipsi discruciant, abstinentque ab omni corporis voluptate ad certum annorum spatium. Quo exacto, magna cum gloria domum referuntur. Ii, tamquam humano fastigio celsiores, omnium rerum licentiam adepti, nullis iam tenentur legibus, et in omni scelerum et flagitiorum genere impune volutantur.

*(da G. Maffei, *Historiarum Indicarum libri*)*

Rispondi alle seguenti domande, individuando, prima di fornire la risposta (in italiano), la frase da cui hai dedotto le informazioni che ti servono, e trascrivendola (in latino) su una facciata del foglio che ti è stato fornito:

1. Per quale motivo le faccende pubbliche e private presso gli Indi sono sotto il giudizio dei Bramini?
2. Che atteggiamento hanno i sovrani nei confronti dei sacerdoti?
3. Oltre ai compiti più strettamente politici, quali altre mansioni dei Bramini vengono presentate nel brano?
4. Cosa caratterizza la vita di coloro che vengono chiamati dai Greci gimnosofisti?
5. Esistono più categorie di Bramini? In cosa si differenziano?
6. A volte il potere può essere usato per prevaricare sugli altri. Questa frase può essere applicata ai Bramini? Quale comportamento “negativo” tengono alcuni di loro?
7. Esistono tra i Bramini abitudini che indichino un certo disprezzo della fisicità? Quali?
8. In quale circostanza avviene l'accoglienza con onori e gloria dei Bramini?
9. Dopo quale tipo di esperienza e per quale motivo i Bramini meritano un simile prestigio tra gli Indi?
10. Possiamo dire i Bramini non sottoposti ad alcuna forma di legge giuridica? Quale ne è la conseguenza, nel giudizio di Maffei?

TESTO NUMERO 2

L'elenco di stramberie non esita nemmeno a inventare popolazioni dalle più strane abitudini, come dimostrano queste parole di Solino che devi tradurre sulla seconda facciata del foglio che ti è stato fornito:

Philosophos habent Indi, gymnosophistas eos vocant, qui ab exortu usque ad occasum solis intentis oculis orbem candentissimi sideris contuentur, in globo igneo quaerentes secreta quaedam, arenisque ferventibus alternis pedibus insistunt. Sunt etiam quibus adversae sunt plantae pedum, et octo digiti in plantis singulis. Sunt qui per diversos Indiae montes esse dicunt nationes capitibus caninis, armatas unguibus, ad sermonem humanum nulla voce sed latratibus tantum sonantes, asperis faucibus. Apud Ctesiam* legitur quasdam feminas ibi semel parere, natosque canos statim fieri; esse rursum gentem alteram, quae in iuventa cana sit, nigrescat in senectute, ultra vitae nostrae terminos viventem. Legimus monocolos** quoque ibi nasci, singulis cruribus et singulari velocitate, qui, ubi defendi se velint a calore, resupinati plantarum suarum magnitudine inumbrentur. Gangis*** fontem qui accolunt odore vivunt pomorum silvestrium, longiusque iter facientes eadem illa secum gerunt, ut olfactu eorum alantur.

(da Solino, *Collectanea Rerum Memorabilium*)

* uno storico greco

** popolazioni dotate di un occhio solo

*** il Gange

TESTO NUMERO 3

Va ad onore dello storico Ammiano Marcellino, che in Mesopotamia aveva del resto militato, e quindi (forse non a caso) è l'unico dei tre autori citati che possa richiamarsi a una reale autopsia, avere limitato il numero di fantasie, limitandosi a segnalare solo alcune effettive diversità di costumi:

Per has nationes dissonas et multiplices, hominum diversitates sunt ut locorum. Sed ut generaliter corpora describamus et mores, graciles paene sunt omnes, pallentes, caprinis oculis torvi et superciliis curvatis iunctisque, non indecoribus barbis capillisque promissis hirsuti, omnes tamen promiscue vel inter epulas festosque dies gladiis cincti cernuntur. Effusius plerique soluti sunt in venerem, pro opibus quisque adsciscens matrimonia plura vel pauca. Nec apud eos hora est praestituta prandendi, sed venter unicuique velut solarium* est, nec quisquam post satietatem superfluos sibi ingerit cibos. Immane quantum restricti et cauti, ut inter hostiles hortos gradientes, nonnumquam et vineta, nec cupiant aliquid nec contingant, venenorum et secretarum artium metu. Effeminatos eos existimare aliquando potes, cum sint acerrimi bellatores, sed magis artifices quam fortes, eminusque terribiles, abundantes inanibus verbis insanumque loquentes et ferum, magnidici et graves ac taetri, minaces tam in adversis rebus quam in prosperis, callidi, superbi, crudeles. Indumentis

plerique eorum ita operiuntur fulgentibus ut, licet sinus lateraque relinquant flatibus agitari ventorum, inter calceos tamen et verticem nihil videatur intectum. Monilibus aureis et gemmis uti solent, praecipue margaritis, quibus maxime abundant.

(da Ammiano Marcellino, *Rerum Gestarum libri*)

* «orologio»

Svolgi i seguenti esercizi

Esercizio 1 – Scegli la risposta esatta

1. *Quid istorum barbarorum proprium et peculiare est?*
 - a. corpora in sole colorantur
 - b. supercilia curvata iunctaque ostendunt
 - c. barbam tonsam gerunt
 - d. gladios in bello tantum cingunt
2. *Cur apud has nationes viri plus quam unam uxorem ducunt?*
 - a. quia inopes sunt
 - b. quia multos liberos habere cupiunt
 - c. quia libidinosi plerique sunt
 - d. quia Venerem pie colunt
3. *Cur apud eos hora ad cibum sumendum constituta non est?*
 - a. quia horologium non habent nec clepsydrum
 - b. quia tempus terere in conviviis non amant
 - c. quia numquam fame laborant
 - d. quia non plus esse solent quam satis est
4. *Quales vestes plerumque induunt?*
 - a. pauperes vestes plerumque induunt, quae a venti flatu facile agitantur
 - b. vestes longas, quibus omnino operiantur
 - c. vestes tam graves ut venti flatu numquam agitentur
 - d. indumenta non curant; monilia pretiosa tantum amant

Esercizio 2 - Indica, apponendo una crocetta nella casella che ti pare opportuna, se le seguenti affermazioni sono da ritenersi vere o false, sulla base del testo proposto

	V	F
1. Barbari isti semper gladiis accincti sunt, quia graciles sunt		
2. Hi oculis caeruleis sunt		
3. Uxorem ducere, unam vel plures, pro opibus suis solent		
4. In victu tam temperantes sunt ut eorum nemo ultra satietatem cibum sumere soleat		

5. In hostium hortos numquam ingrediuntur		
6. Si aliquando in alienos campos vel vineta ingrediuntur, nihil tangere audent, venena metuentes		
7. Molles et effeminati videntur, cum indumentis splendidis operiantur		
8. Magniloquentes et minaces semper se praebent, sed saepe inconsiderate multa et vana loquuntur		
9. Disciplina bellica fortiores quam peritiores, cominus pugnantes timendi sunt		
10. Mos est illis adeo corpora vestibus tegere ut nihil inter talos et caput cerni possit		

Usando le parole dei testi sopra riportati (o altre, se preferisci), metti una appropriata didascalia latina alle seguenti immagini:






